



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1658

§. 85. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit significans quamorte esset moriturus. v. 32.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

etiam esse afficiendum deterrimo supplicio. Nos enim non sumus potentes talis supplicij, cum nostra lege à tali supplicio inferendo per nos ipsos prohibeamur, qui sane dudum ei intulissimus, si non nostra lege veratenur.

Vide hęc anima mea, in qualia præcipitia sese homines inducant, quando se passionibus livoris & malevolentia permitunt: quando suum interesse indiscrete querunt: quando respectuum ventis se permittunt agitari. O Dens salva me ex tali turbine & tempestate.

§. 85. *Vt sermo Iesu impletur quem dixit significans quia morte esset moriturus. v. 32.*

Antedictam pugnam Iudicum de Christo, quæ à merâ libertate arbitrij Iudicum pendebat, & molitiones inde pendentes & secutas, quia Dominus noster tam acute prævidit, certè valde futurorum omnium sese gnarum ostendit. Hinc est enim quod sæpe sapius prædixerat, quod à Iudæis tradendus esset gentibus ad crucifigendum, Sed in hac traditione iniqua Deus magnum Gentibus procuravit bonum; quia rennuntiante Messia suo Iudæo & ut eum occidant gentiles quam citissime postulante, magnus thesaurus Gentilibus est obrutus, cuius morte & sanguine redimantur, nam hi sacco consciderunt, ex quo thesauri sæculorum effluerunt.

Quesu tradite in manus gentium, & iudicium Pilati gentilis, video quod quicquid mali cogitent & faciant homines, tu temper inde noveris elicere bona. Da obsecro gratiam; ut adversa discam ea ratione tolerare, quod ex illis bonum semper exiteat tua gratia.

§. 86. *Introivit ergo iterum Pilatus in pratorium & vocavit Iesum. v. 33.*

Nomine Cesaris magistratum gerebat Pilatus, & Iudæorum natio Messiam suum iam tradiderat sibi ad crucifigendum, & iam præiudicium damnationis erat de eo factum in concilio Principum & Scribarum, apud quosquibet levis prætextus sufficiebat contra eum, ut occupati magna vesania mortem innocentis sitirent. Cum igitur Pilatus causam mortis specialem aliquam intelligere non posset ex Iudæis, quod Iudicem decet, introivit iterum in Pratorium & vocavit Iesum, proponens omnia exquisitiorum amoto strepitu Iudæorum, quatenus sibi re velaret aliquam causam suæ captivitatis & reatus.

Quod Pilate, bene fecisti, quod cum accusatores Domini videbas insanite, & formam iusti iudicij omnem corrumpere, novam introducere, & te in eam.

in eam cogere, tu veterem formam volueris tenere. Novæ enim formæ
diciorum & novæ religiones, & novi homines merito suspecti esse debent.
Perge igitur omissis Iudæis interrogare Iesum, ibi invenies aliam dilige-
ntionem, & iustitiam, & multum proficies, si eum velis audire,

16. 86. Tu es Rex Iudæorum. v. 33.

Ad aures præsidis pervenerant iam accusationes in multis contra
Christum, & ut testantur alii Evangelistæ, accusaverant eum maxime in
tribus dicentes: 1. Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, prava scilicet
sua doctrina, 2. & prohibentem tributa dari Cæsari, 3. Quod dixit se Chri-
stum Regem esse, Messiam scilicet in lege promissum, sed contra planum est
Christum Dominum non commovisse aut subvertisse gentem: quin po-
tius ad penitentiam, & omne virtutum generis promovet ad eum, ut eam
suis discipulis dixeret. Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei, move
ergo quacunque dixerint vobis servate & facite. Certum quoque erat, eum non
prohibuisse tributa dari Cæsari, quia dixit, reddite quæ sunt Cæsari Cæsari, &
quæ sunt Dei Deo, imo ipsemet solvit tributum pro se & Petro etiam ad id
non teneretur, nec dixit unquam se Regem esse temporalem, qualem Ro-
mani creabant, imo cum cognovisset, quod venturi essent, ut raperent & facerent
eum Regem, ipse fugit solus in montem, ne fieret Rex: Quod si Messiam dixit
se, eius opera id testabantur. Proinde si prædicavit se Messiam, non o-
porrebat objicere criminis loco, nisi declarassent in eum non competere,
quæ de Messia Prophetæ prædixerant, quorum nihil est factum. Sed tota
victoria spes erat in multitudine coniurata, & in solitudine rei, denique in
Iudice (ut ipsi putabant) impio. Qui tamen, quanquam Idololatra, multo
æquior iustiorque apparuit, quam Iudæorum Sacerdotes maximi, ille
prius crimen, de non pendendo Cæsariibus tributo, dissimulat, vel quia
sciebat esse commentitium, vel quia novum non erat hoc disputari apud
Iudæos, cum tota Phariseorum secta sentiret, populum Deo peculiarem
non oportere pendere censum Domini gentili. De regno tamen per-
cunctatur Iesum, in quo tamen nullam congruentem accusationi speciem
videbat: solus erat, cultus, facies, totusque corporis habitus modestiam ac
simplicitatem præ se ferebat. Itaque Præses seorsum interrogavit Iesum di-
cens: Tu es Rex Iudæorum? Vel ridens vel serio interrogans, ut discat, quo-
niam sensu homo eiusmodi habitus & incessus, se Regem dici sustinuerit
vel vulgi fama ei Regis nomen dederit, qua Regem, nescio quem, expecta-
ri à Iudæis iam olim percrebuerat & à triginta & amplius annis ex Magis-
trum adventu retinuerat, & ante paucos dies rursus increbuerat, cum Chri-
sto